



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XV. Die Avgvsti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

Iaculator.

verbis teneri semirificè aiebat: *Ad maiorem, Dei gloriam, & B.V honorem.* Inde illi ad contemnendos humanos respectus, inde ad omnem sanctimoniam animus incalcescebat. Magnâ se animi firmitate amoie Iesv muniebat contra hominum dicteria ne vel apicem admitteret aut omitteret humanorum indiciorum metu, atque in hoc aiebat se ad sanguinem usque deceraturum, timore Dei Iudicis & amore: nullo, vt vocant, supererogationis à Deo suggestæ actu omisso: quicquid scrupulosis audire deberet. Certè aliquando ut humanum respectum peruerinceret totus sudore affluenter manante immaduit; & tamen inspiranti Deo paruit, sui vîctor. Sextâ quavis feriâ crucem parvulam tribus cuspidibus ceu clavis asperam frequenter pectori adstringebat, Cilicio ac disciplinis tantum usus, quantum per obedientiam licuit. Ipsum diuini amoris nomen illum accendebat, & sàpè in lachrymas quoque soluebat. Cilicio SS. Iesv & MARIA nomina setis altius eminentibus intexta gestabat; ut quoties illo se cingeret, illa nomina carni suæ per dolorem amoremque imprimere. Tessera illi & asylum erat SS. Sacramentum, Beatissima Virgo & Angelus custos. Crucifixum extremis temporibus sibi porrectum

*Respectus
humanus.**Mortific.**Iesu Mar.*

multis lachrymis irrigauit, singula vulnera torrente quadam igneo visus aspergere inter aspirationes inflammati cordis interpretes. Adiecit: hæc *Mm.* mihi nouissima verba pro integra plenaria indulgentia consequenda sunt: *Iesvs, MARIA?* Et vixit primâ innocentia suâ clarus, & tamen ita se inclementer tractans ac si aliquando peccatorum grauium reus fuisset.

P. IOANNES DE LVT.

MEmorabili fuit in hoc viro sui *Belga Leo:
demissio & religiosa in scholis
dij. 14. Aug.
1616.* pertot annos impigritas. De illo sic annuæ: nostros domi anno vno, Leodij externos Grāmaticam 300. facilè discipulis constantem per 43. annos docuit, labore magno incredibilique constantiâ, ac singulari ut peritia, ita fructu in adolescentibus ad virtutem, ac illam literaturam insignitè formandis, & in Sodalium cœtibus eruditandis, illustrandis, ditandis. Quo in genere illi vel primi palmam haud graduatè concesserint. Magna viri erat estimatio Leodij, magnus sensus de mortuo & nomen prope immortale in ore dolentium.

XV. DIE AVGUSTI.

P. STANISLAVS KOSTKA. NOVIT. SCHOL.

15. August.
Polonus
Romæ.
1568. xxtat.
19. Soc. 10th
mense.
Iesu nomina

MArgarita Kriska Stanislai mater mater matrona illustris confessatio suo testata est se cum Stanislaum utero ferret obseruasse in suo pectori Iesv nomen purpureo cha-

ractere inscriptum. Viennæ Austriae Beatissima Virginis laudes pro Scholasticarum exercitationum arguento adhibebat. Ibidem ægro & SS. Eu- *B.V.* charistiam optanti idque à Deo per S. Barbaram flagitanti, Sanctissimam hostiam duo Angeli præsente S. Barbara attulere. Ita refectus ab iis est. *Euchar.* *S. Barbara,* *Angeli* Adfuit postea & Virgo mater; quæ & *Iesvm*

P. IGNATIUS

MENDOZA. NOVIT.

Fuit hic primariæ claritudinis Princeps, ac Regum Philippi II. & III. apud Galliarum Regem Venetosque Legatus. Iuris etiam vtriusque perspicientiâ paucos pares habebat per omnem Hispaniam. Hoc ad Societatem se conferente aiebat Rex, Ignatium partem optimam eligisse. Cum obsoletâ veste se circumdatum videbat, cum voluptate se circumspiciens aiebat se sibi plaudere; ut de vellere aureo acquisto noui eius ordinis Equites consuevere. Patres in tanta reverentia habebat ut diceret se coram illis loqui, imò ne hiscere quidem audere. Culina officiis, & quicquid ad contemplationem sui faciebat, erat magnoperè addictus. Fama erat, post B. Borgiam neminem illo maiorem Societati se transcripsisse. Obiit ipso die Deiparæ in cælum assumptæ cum vix tertium ab inito tyrocinio mensem explesset. Aiebat moriens; optimè quidem se de cælo sperare ob ea quæ pro æternitate dimisisset; luculenter tamen à Deo, sibi datae mercedis instar esse hoc ipsum præmium, quod bimeti huc in Societate vivisset.

Hispanus
Complutus
15. Augusti
1602.
Vocatione.

ALPHONSVS

GVERRA. SCHOL.

Philosophiæ operam nauabat magnâ eximiâ virtutis commendatione, angelicâ integerrimâ Virginitatis innocentia, silentij ac obedientiâ laude per insigni, mirabili & actuoso erga Dei matrem amore; cum gloriose eiusdem in cælum assumptæ die, ægro suo Alfonso illa (ut fertur)

Hispanus
Tresenal. 15.
Aug. 1606.
ætat. 19.
Soc. 4.

OO

im

a
s
-
c Min.

Belga Leo.
dij. 4. Aug.
1656.

B.V.
Ies. patrum.

Vocatione.

Dratia.

Tentatio.

Hamil.

Laboria.

Euchar.

Mort.
B.V.

Euchar.
S. Barbar.
& Angeli.
M

B V.

in cubiculo in quo decumbebat apparuit nobili cœlestium Virginum choro cincta, cumque admirabili suauitate hilarauit, & simul certiorem reddidit, illum diem ei esse ultimum in hac vitâ. Is qui cœleste illud spectaculum conspexit, cubiculum agri ingressus Alphonsum reperit in amplexu imaginis Virginis Matris tenerè lachrymantem, cum illa loquentem, & dicentem, se illo die vesperi moritum, id quod euenit.

Mors.

P. IOANNES LA GARDE.

Gallus in
pago S.
Riani. 15.
Aug. 1611.
stat. 17.
Soc II.

Oratio.

Humilit.

Zelus.

A Sexto tyrcinij sui mense ad undecimum usque in Societate, id est postremum, annum, nullâ mentis inconstantia inter orandum vagatus est; animo mirificè in Deum semper intento. Castissima in moribus eius tranquillitas ac suauitas elucebat, nullo fuso obscurata, nullâ commotu perturbata. Hebraæ linguae, Theologiae, atque concionum habendatum peritiam cum esset insignis, tamen in missione socius alterius erat biennio; ac omnes naui optimique Coadiutoris partes implebat; patientia nullis aduersis domita, & prompta horarum omnium interuallis. In naui Gallicana rem animarum solerter agens, obseruarat noctu, quod veneficus quispiam naui eadem veheretur. Ergo ne pestis illa rectæ fidei moribus, ac saluti reliquorum officeret, apud magistratum enixè id egit, perfecitque, ut veneficus pelleretur, quippe è libris, circulis, ac vestitis artis diabolice instrumentis deprehensus. At magus vindicta cupiditate furens, carmen in Ioannis aurem, & una venenum dicitur inspirasse: vnde Ioannes excepit è vita. Ioannis epistolâ affectæ corporis parti admotâ se consa-

nuisse sanctimonialis quædam persanctè indubitanterque testata est.

P. HIERONYMVS DIAZ.

L Visitare Prouincia olim Prouincialis fuit, & pro viuerae Prouinciae thesauro habitus est P. Hieronymus. Magnus & sibi ubique præfens erat illi animus. Frumentum pauperibus dari iusserat; & fama est illud in horreis increuisse; vti & oleum in vasis fistilibus, cum illud iisdem dari iubaret. Vox illi sonora, & mira dicendi peritia; quæ ille tubâ multos ad religiosa castra incitauit. Quotidie se acriter verberabat, etiam senectâ iam caducâ. In memoriam Christi patiens absynthium quot hebdomadis degustabat. Oratio illi prolixa, & lachrymarum vertute affluens.

NICOLAVS TASSAR. SCHOL.

Fuit hic adolescens humilitate, pie-
tatis teneritate in iis qua honorificari
Deiparae destinarat constantia peni-
tus ac verò Marianus. Natales suos,
liet locupletes, obscurabat dictione,
vt se deprimeret: aiebatque mirari se
quomodo in Societatem esset admis-
sus tam nihili adolescens. Vnde im-
pense, nec semel, petiit Coadiutorum
numero accenserit, etiam Philosophiae
ac Theologiae studiis iam imbutus.
Quot hebdomadis ad Superioris pedes
supplex petebat in Iaponiam vel
quocumque mitti: Deum forè pelle
suâ vñrum dicens. Per quietem vñsus
est sibi aliquando in IESV & MARIAE Nostrae
gremio suauissimâ tranquillitate qui-
escere. Pensum Deiparae destinatum
nunquam omisit, & desponsam iam in
sæculo.

Capitai.

sæculo per eius manus Deo castitatem statim à voto ac deinceps nullâ sensit graui rebellione turbari.

di vsu nullâ die omisso. Orandi, tacendi, sicutissimè alios commonendi ac errata correcta perpetuâ obliuione Superist.

P. E M A N V E L FERNANDEZ.

sepeliendi arte fuit eximus. Ægros domesticos quotidie inuisebat. Glo-

Charitas.

Lubranus Bahy in Brasilia. 15 Aug. 1633. atat 74.

Hic (vt in annuis scripsi) vtrâque Theologiâ perdocte traditâ, è Lusitania in Brasiliam soluit; sed ab Anglis interceptus, in Angliam est auctus. Ibi cum principe de hæreticorum secta Ministro super fidei controuersiis disputare iussus, cùm ea diceret, quibus ille respondere non poterat, victoriae præmium tulit verba, quæ vietus ille in victorem intemperatè adeò iaciebat, vt Angli ipsi Patris modestiam admirati stomachosum quam par erat Ministruum, per gradus præcipitem deicerint, domoque exturbârint. In libertatem assertus, Lusitaniam, adeoque Brasiliam tenuit: ubi Nouitios, Bahyense Collegium, ac Prouinciam gubernarit. Per frequens illi, ac propè quotidianum erat, duas tresū horas orando ducere, priusquam stata surgendi hora appeteret; quotidiano cilicij gestandi, ac se flagris inclementer accipien-

di libelli de *Amore MARIAE*, Deiparae conscripti lectione inflammabat nihilque suscipiebat negotij aut laboris in quo non cius testamentum exposceret.

Ledit.

Gnarus erat omnis propè industria ad modos excoitandos se variè afflictandi. Cùm omnibus præcesset, vestis illi adeò abiecta erat, vt vel inde Hispani ac Lusitani Proceres illum in veneratione longè maiori habuerint.

Moris.

Clarus etiam dicebatur prænitione rerum, quas ex vero prædixerit: vt quando affirmauit, euentu postea fecuto, se sacrificium Missæ superiorum permisso celebraturum; à quo tam en abstinere iussus fuerat, ob caliginem oculorum. Alij afflito dixit, fore ut seuerior haec tenus in eum superioris animus molliretur: alijs securam fore nauigationem eò quod mitteretur, licet omnia essent Hollandis plena; virtusque affirmauit euentus.

Paupertas.

Fidus.

Medis.

Oratio.

Mortis.

XVI. DIE AVGUSTI.

P. FRANCISCVS DE OTAZO.

16. August.
Hispanus
Hueti. 1622.
Soc. 34.

Tradit.

Lautâ domo natus, & in Societatem insignitè liberalis, in illa magno exemplo vixit. Cùm de salute sua vehementer anxius Deiparae nomen imploraret, adesse illâ sibi videre visus est cum corona Sanctorum librum magnum ac splendidum ostend-

dentem, ac dicentem. Hic est liber vitæ, in quem eorum relata sunt nomina, quas beatâ æternitate donabit Deus. Tu illum inspice ac lege. Legit initio pagina aureo charactere exaratum Francisci de Otazo nomen. Aliorum quoque prædestinatorum nomina, illi legenda præbuit Virgo, dicens: Fili, hos quoque tuâ operâ ad Beatorum felicitatem perducturus es Deus. Inde illi omnis mœror absteritus est.

OOz

Et

B.V.